



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De muliere, si cum altera fornicata fuerit. xxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Ex cõcil.
Triburi.
cap. 8.

NVllus proprium filium, aut filiam à fonte baptismi suscipiat, nec filiolum, nec commatrem ducat uxorem, nec illam cuius filiam ad confirmationem ante episcopum tenuerit. Vbi autem factum fuerit, seporentur.

Ex cõcil.
Moguti.
cap. 5.

QVam detestabile & execrabile scelus sit, unicuique Christiano, filiolum suam constuprare, testatur Gregorius papa in dialogis suis. vbi refert quendam hominem polluisse filiolum suam, & quia neglexit pœnitentiam agere, subito miserabili morbo correptus expiravit: & sepulto, nũ solum corpus sed etiam omne sepulchrum, ignis inuisibilis consumpsit.

Ex pœnitentiæ
Theodo.

Mulier quocumque molimine, aut in se ipsa, aut cum altera fornicans, tres annos pœniteat.

Ex eodẽ.

SI sanctimonialis cũ alia sanctimoniali per aliquod nichinamentũ fornicatã fuerint, septẽ annos pœniteant.

Ex cõcil.
Anquire.
cap. 8.

Mulier si cũ muliere fornicata fuerit, tres annos pœniteat. Sic & illa quæ semen viri sui cibo miscet, inde plus eius accipiat amorem, pœniteat.

Ex cõcil.
Anciran.
cap. 15.

DE his qui irrationabiliter versati sunt, siue versati sunt, id est, qui cum pecoribus & masculis se coniungunt, quinauerint, quotquot ante viginti annos ætatis tale crimen commiserint, XV. annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum: deinde quinquennio in hac communionem durantes, tunc demum oblationis sacræ mēta contingant, Discutiarur autem & vita eorum quibus tēpore pœnitentis extiterit, & ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his hæere criminibus, ad legendã pœnitentiã prolixius tēpus insumat. Quotquot autem post XX. annos ætatis, vxores habentes, in hoc peccato